UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Maximi & Olympiadis martyrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

more pariter & dolore abſorpta puriſſimũ in manus creatoris ſpiritum efflauit.

MARTYRIVM SS. MAXIMI ET OLYMpiadis; qui paßi ſunt in Perſide ciuitate Corduena, vt docet Baronius.

QVo tempore Chriſtiana pietas in Perſide ad- 15. Aprilis.
uerſus Decij tyrannidẽ inuicta permanebat
Olympiades & Maximus, viri cùm generis
nobilitate tum pietate admodũ inſignes Decio Im- Maximus &
peratori in ciuitate Corduena oblati ſunt. Qui cùm Olympia-
incredibili tunc temporis in Chriſtianũ nomen fu- des Decio
rore incandeſceret, iuſſit eos, pręterita vſitata iudi- oblati.
cij ratione, fuſtibus cædi. Cumque in tormentis ſine
vlla doloris ſignificatione inuicti perſiſterent, Decius ira vehementiùs inflammatus: Pandite, inquit, nobis facultates veſtras. Cui protinùs Olympiades:
Equidem libenter id faciemus: noſtræ enim facul- Verę diuitię
tates & aurum & gemmæ Chriſtus eſt. Ad hunc igi- Chriſtus.
tur accedito & verbis diuitijs abundabis. Terrenas enim & perituras facultates ignoramus: corpora verò hæc olida tibi lanianda tradimus, animas certe prohibere non poteris quò minùs ad ſuum creatorem abeant. Decius hęc audiens multò vehemen- Cæduntur
tiùs fuſtibus & plumbatis cędi eos iuſſit. At marty- plumbatis.
res magis confortati exclamabant. Fac quod facis, & noli ceſſare. munda quod ſordidum eſt. Decius tanta verborum contumelia, vt putabat, laceſſitus,
tradidit eos Vitellio Amiſio vicario excarnifican- Traduntur
dos, qui furore plenus iuſſit eorum capita ſecuri- Vitellio A-
bus tundi donec fœlici agone impollutũ Deo ſpi- miſio.
ritum traderent. Deindè ſacra corpora canibus deuoranda reliquit: ſed canes pio obſequio, Vitelhij Canes cor-
impietatem damnantes, cuſtodes corporum ſe pre- pora defun
buerunt;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctorum cuſtodiunt.

buerũt; adeò vt lugubri etiam mugitu morten
rum deplorarent. Itaque poſt dies quinque C
ſtiani quidam nobiles, qui Abdon & Sennes co
ti fuiſſe perhibentur, ea collegerũt, collectaque
norificè in domo ſua ſepelierunt duodecimo
lendas Aprilis.

VITA S. PATERNI EPISCOPI
rincenſis. ex ea quæ eſt optima fide apud Su
Numeratur quartus Abricẽſis Sedis Epiſcopus
ruit circa annum Domini quingenteſimum
ſimum, temporibus Childeberti regis Francorum

16. Aprilis.

Patria & parentes eius.

BEatiſſimus Paternus apud Pictauos, A
niæ oppido, parentibus & generis nobili
& publica adminiſtratione cõſpicuis
natalium ſplendorem vitæ & morum clarita
cit, Iulita matre, iam ab annis duobus vidua,
honeſtiſſimè educante.

In ipſa verò tenera ætate cęleſti inſpiratio
motus, religioſæ vitæ frenos ſibi ſponte in
monaſterio Enixionenſi Dominicæ ſeruitut
& habitu monaſtico ſuſcepto. Vbi ſanè non
ra de ſe iudicia dedit idoneum ſe fore, cui,
agente prouidentia, pontificatũs functio &
marum rerum adminiſtratio quandoque d
daretur.

Monaſticã vitam complectitur.

In ipſa adoleſcentia ad ſublimiora ſancta
ſtudia aſpirans, cùm non fideret ſibiipſi prop
tatis teneritudinem, cum Scubilione eiuſdem
monacho, pro Chriſti amore relictis parentib
pago Conſtantino cõſtituit peregrinus dege
que nihil præter Pſalterium ſecum accipien
profecti ſunt. Ambobus verò propter capta
ſolitudinem inſulam quandam adire cupie

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN